



## LECTORI BENEVOLO

S.

**Q**ui prima puerorum studia formant, illorumq; profectus provehendi ardore flagrantes, compendiosiores progrediendi vias indagant, atqve præmonstrant, rem agere puerilem minimè, sed senili prudentiâ dignam videntur. Nisi enim solida puerilis institutionis fundamenta rectè jacta fuerint, nihil firmi, cui innitatur postmodùm matura ætas, superstrui potest. Testantur id evidentissimè plusquam barbara superiorum aliquot seculorum tempora; quæ uti de felici bonorum ingeniorum proventu conqueri non potuere: ita corruptam atqve perversam puerilis informationis rationem deplorandi, detestandi-que causam habuere sufficientissimam. Verius quippe etiam hîc vero est, quod unanimes Medicorum consensus comprobat, primæ & secundæ concoctionis vitia vix ac ne vix quidem in tertiâ emendari.

A 2

Quod